(S M) Die lune, decimo kalendas yanuarii, in brolieto consularie Mediolani. Sententiam protulit Nazarius qui dicitur Vicecomes consul Mediolani et cum eo Albertus iudex qui dicitur de Vicomercato similiter consul sotius eius, consilio quoque aliorum sotiorum suorum, de lite que vertebatur inter domnum Guidonem presbiterum ecclesie sancti Silvestri nomine ipsius ecclesie, et ex altera parte Albertum filium quondam Tosabicchi, et Astulfum, et Plegacesam, et Manfredinum eius filium, et Nuvilonum, qui omnes dicuntur Porcelli. Lis talis erat. Postulabat predictus sacerdos quatinus iam dicti Porcelli permetterent eum quiete habere et tenere decimam unius campi qui dicitur ad Sevisum seu in campo Sancti Dionisii, cui coheret a mane pasquarium, a meridie Bolaini Taliamacchi, a monte via, et est pertice duodecim vel plus, et laboratur per Petrum Taliamacchum, et de cetero eum de ipsa decima non inquietent, dicendo ipsum campum esse de

CXLVIII. — (a) Guilelmus B. (b) Wala C. (c) Nubicensis B. (d) electus C. (e) Madoetiensis C. (f) Tedericus C. (g) Churadus C. (h) Anconitanus C. (i) Gerardus C. (j) castellanus B. (k) Nurnberch B. (l) Symon C. (m) Spanayn B. Spanheim C. (n) Lechesgerimonde B. Lechesgeniunde C. (o) Gomerus B. (p) Borilande B. (q) marchalchus B. marschalchus C. (r) Domertus Leucronis B. (s) Oxio B. (t) Benzo Bonisenioris B. (u) consull. Cremensium B. (v) domini B. C. e cost appresso per domnus. (w) In luogo di ego rasura B. (x) cancellarius B. (y) Philippi C. (z) Coloniensis C. (aa) archicancellarii B. (ab) Rodolfi B. (ac) imperatorie B. (ad) protonotarius B. (ae) La disposizione delle parti dell'escalocollo è in B e C difettosa: in B si susseguono in questo ordine: Signum imperatoris, actum, recognitio, anni di regno, datum; in C si ha prima il signum imperatoris, cui tengono dietro la recognitio, gli anni di regno, l'actum e il datum.

Ed.: *Historiae Patriae Monumenta*, XVI, 916. Reg.: RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1905, I, 266.

(S M) Die veneris, septimo die mensis iulii, in civitate Mediolani, in ecclesia Sancte Tegle. Cum discordia esset sub Anselmo de la Cruce et Guilielmo Gaforio consulibus Mediolani et aliis sotiis suis inter Axerbum Tesum de civitate Mediolani et ex altera parte domnum Nazarium prepositum ecclesie et canonicum Sancti Ambrosii nomine ipsius ecclesie, et postularet ipse Axerbus quatinus iam dictus prepositus pareret sententie late inter se et eum per consules Mediolani de clusa et trabibus et palis auferendis et non de cetero immittendis in flumine Rivifrigidi, et de nichil inponendo in ipso flumine, et de non trahenda aqua ex ipso flumine nisi diebus constitutis (1), tunc auditis allegationibus utriusque partis et visa a consulibus ipsa discordia, prefatus Anselmus condempnavit iam dictum prepositum ut predictae sententie pareat; item cum prefatus prepositus postularet ut iam dictus Axerbus in pristinum statum restituere duos roziales (2) ipsius prepositi (3) quos explanaverat, et daret sibi solidos decem et octo pro tribus foveis, quas fecerat, et e contrario ipse Axerbus ex precepto consulum Mediolani et sui missi id factum esse responderet, unde testes produxisset, dato sacramento eidem Axerbo, ut iuraret quod ex precepto consulum Mediolani vel sui missi factum fuit, ipsum Axerbum a petitione iam dicti prepositi absolvit. Et sic finita est causa. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo nono, suprascripto die, indictione septima. Item cum predictus Axerbus postularet ut prepositus auferret pontem et stopparet fossatum quod fecerat in via publica, et de cetero non faciat, ipse Axerbus a lite destitit, salvo iure molendini eius.

Interfuerunt Obizo Vicecomes, Vicinus Guaitamaccus, Guidottus Scancius, Guido de Marliano; de servitoribus Carboncinus.

(S M) Ego Iohannes causidicus et consul subscripsi.

(S M) Ego Guercius iudex de Ostiolo et consul subscripsi.

(S M) Ego Rogerius Bonafides iudex subscripsi.

(S M) Ego Ugo qui dicor de Castegnianega iudex ac missus domni Frederici imperatoris scripsi.

CLXVII.

1189 novembre 30
in civitate Mediolani.

Giovanni giudice console di Milano, con altri consoli suoi colleghi, sentenza in una lite promossa da Guifredo figlio del fu Musso di Velate all'arciprete di S. Maria del Monte per avere la restituzione della metà di certi beni donati alla chiesa da Biriana ava paterna dello stesso Guifredo.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Pergamene, S. Maria del Monte, n. 295 (A).

(S M) Die iovis, ultimo die mensis novembris, in civitate Mediolani. Sententiam protulit Iohannes iudex consul Mediolani, et cum eo Bellottus Burrus et Guilmus Gaforius et Guidottus Baxabelleta similiter consules sotiis eius, de lite

CLXVI. — (a) positi A.

(1) Cfr. sentenze consolari 1187 giugno 1 (n. CLIV) e 1188 agosto 29 (n. CLXI).
(2) Da *rozia* o *ruzia* = roggia; in una carta del 12 febbraio 1283 (Archivio

di Stato in Milano, Pergamene, Milano, S. Giorgio al Palazzo, Cas.° D, Cart.° N, Num.° 11) si legge: «facere et fieri facere ruzias et ruziales».

que vertebatur inter Guifredum filium quondam Mussonis de Vellate, et ex altera parte domnum Petrum archipresbiterum ecclesie Sancte Marie de Monte. Lis enim talis erat. Postulabat ipse Guifredus quatinus iam dictus domnus archipresbiter dimitteret sibi infrascriptas res pro dimidia, videlicet sedimen et terram de la Rassa que dicitur ad Casam de Gallia, et petiam unam que iacet ibi ubi dicitur in Possori in territorio de Vellate, coheret ei a mane Nigre et ipsius archipresbiteri, a meridie et a monte via, a sero Guilielmotti, et aliam petiam que dicitur in Clauso de Passarionis, a mane et a sero et a monte via, a meridie Sacchi de Mendrixio, et aliam petiam que dicitur in Pinda, a mane et a meridie heredum Scodati, a sero via, a monte Arderici Panisetvini, et aliam petiam que est silva et dicitur in Traversagnia, a mane et a meridie Sancte Marie, a monte via, et casam unam quam tenent heredes quondam Streppavinee in loco Barassio, et vineam unam que dicitur ad Brugnonum quam tenet Guido Zavatus, a mane via, a sero Vellonus, a meridie Redulfi de Massenago, asserens ipsas res avi et patris sui fuisse. E contra ipse domnus archipresbiter predictas res dimittere recusabat, inquires quondam domnam Birianam aviam ipsius Guifredi predictae ecclesie Sancte Marie de Monte ipsas res dedisse, cum destinavit et vovit in ipsa ecclesia permanere et alimenta inde percipere, et etiam pro his libras sedecim pro debito suo proprio solvend[o] eam recepisse, unde cartam unam hostendebat, ad quam domnam Birianam prenominate res pertinuisse, partim iure hereditario ex parte cuiusdam Guarimberti, partim datione in solutum a Guilielmotto et Mussone filiis suis facta pro dote sua tam ab initio constituta quam quarundam rerum pretio post advenientium; quod, cum de his quodam tempore inter se et consules Mediolani fuerat controversia, probatione testium et iuramento ab ea prestito ita esse verum sententia fuisse declaratum allegabat, et de hoc quoddam sententia instrumentum proferebat (1). Quod vero ipse Guifredus dicebat res ipsas de quibus iuravit ex hereditate vel largitate alicuius eam non habuisse, nec suas esse, nec ceteras in solutum datas fuisse ut similiter iuravit, nec sententiam predictam potuisse sibi preiudicare, utpote patris ac patre suo Mussone tunc temporis absentibus, sibi obesse non posse predictus domnus archipresbiter allegabat, tum quia sententia standum est, quoniam tunc temporis erant vere dampnati, utpote contra civitatem suam hostiliter versati, et quia reversi de Monte Sancte Marie in quo ascenderant ad pugnandum contra civitatem et restituti in nullo contradixerunt, set eam ut sententia obtinuerat separatim stando quiete tenere fructus colligendo locando et omnia ut domina faciendo permiserunt, Musso scilicet dum vixit et Guilielmottus donec predictam dationem in ecclesiam fecit, qui etiam ut mondoaldus predictae dationi interfuit et consensit, qui non consensisset si verum non esset quod sententia obtinuerat; et ipse etiam Guifredus cum iam excessisset etatem per quinquennium et ultra, sciens hoc nullam usque modo querimoniam deposuit, tum quia etsi sententia data non esset, tamen vera esse illa que iuravit ex predictis presumerentur, et ex datione quadam quam Guilielmottus pro se et pro ipso Guifredo de omnibus rebus ab ea recepit, reservato usufructu ipsarum rerum in se et quodam servo et ancilla et libris quinquaginta ab ipso Guilielmotto et Guifredo prestandis ei, quod non fecisset nisi dotem ultra libras triginta quam solummodo confitetur haberet et multas alias res super quibus quoddam donationis hostendebat instrumentum et sententia incisum, quia carebat solemnitate et penituerat mulierem datione, tum quia testibus hoc sufficienter probasse dicebat quod multa ex sua parte habuerat. Postremo proponebat ipsum Guifredum prorsus hac sola ratione esse repellendum quia bona ipsius Biriane avie sue habet et quedam distraxit, que multa dimisit presertim in quarta adveniente sibi de bonis quondam Loterii ditissimi viri sui et avi ipsius Guifredi, quod et testibus et instrumentis confirmabat, cum ipse Guifredus quedam infitiaretur, qui etiam testes quosdam et instrumenta minus sufficientia induxit. Hiis et aliis multis visis et auditis et ipso Guifredo desistente a petitione medie-

(1) Si allude qui alla sentenza in data 21 maggio 1170, doc. n. LXXI.

tatis illius medietatis quam ab initio petebat, que erat medietas totius, quia ad Guilielmottum nichil pertinere dicebat utpote ad patrem in divisione totum de-
 5 illarum rerum quas in libello designaverat ut supra contentum se velle esse pro-
 fitente, et insuper quartam predicte dotis librarum triginta se velle solvere con-
 titione predicti Iohannes iam dictum domnum archipresbiterum de Monte a pe-
 carnationis millesimo centesimo octuagesimo nono, suprascripto die, indictione
 octava.

10 Interfuerunt Anselmus Girengellus, Rogerius de Sadriano, Bevilcus de Mo-
 doecia, Marruvius de Buxoro, Beltramus de Buxoro, Guido Menclotius, Guilielmus
 Calzagrisia, Otto de Porta Romana, Andriottus de Ostiolo; de servitoribus Iacobus
 Bellencionus, Xuganappus, Sozo Callossus.

(S M) Ego Iohannes causidicus et consul hanc sententiam dedi ut supra et
 15 subscripsi.

(S M) Ego Guercius secundus iudex de Ostiolo et consul subscripsi.

(S M) Ego Rogerius Bonafides iudex subscripsi.

(S M) Ego Ugo qui dicor de Castegnianega iudex ac missus domini Frederici
 imperatoris scripsi.

20

CLXVIII.

1190 febbraio 22
 in consulatu Mediolani.

Nazario Visconti console di Milano, con altri consoli suoi colleghi, pro-
 nuncia sentenza nella lite promossa dal monastero di Chiaravalle contro Petrino
 25 Trullio perchè questi facesse al monastero le dovute prestazioni sulla terra di
 Roberto Cumino da lui coltivata in territorio di Vicomaggiore.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Pergamene, Monastero di Chiaravalle, Atti
 privati, sec. XII, n. 170 (A). Copia del sec. XVIII fine, in biblioteca Braidense, A E. XV. 21,
 p. 740 (B).

30 Reg.: RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1905, I, 266, con la data 23 febbraio.
 Cit.: BISCARO, in *Archivio Storico Lombardo*, 1908, I, 222.

(S M) Die iovis octavo kalendas martii, in consulatu Mediolani. Sententiam
 protulit Nazarius qui dicitur Vicecomes consul Mediolani, et cum eo Arnaldus
 35 iudex qui dicitur de Superaqua, et Rainerius de Addobato similiter consules sotii
 eius, de lite que vertebatur inter Quintavalle qui dicitur de Mama de civitate
 Mediolani nomine monasterii de Cleravalle, et ex altera parte Petrinum Trullium
 pro terra Roberti Cumini iacente in territorio de Vicomaioe quam colit. Lis
 enim talis erat. Postulabat ipse Quintavallis nomine iam dicti monasterii qua-
 40 tinus predictus Petrinus pro iam dicta terra Roberti Cumini daret seu faceret
 eidem monasterio infrascripta conditia, scilicet carrum unum lignorum, et fuga-
 cias duas, et pullos quattuor, et covam unam, et mannam unam, et capiam unam
 feni, asserens predictam terram de Cumini prefata conditia eidem monasterio
 45 facere debere et consuevisse, precipue cum integritas terrarum de loco Vicomaioe
 que non sunt predicti monasterii suprascripta conditia facere debeat; et super
 his testes et instrumenta produxit. E contra predictus Robertus Cuminus qui
 defensionis cause se obtulerat, respondebat predicta conditia pro suprascripta terra
 sua fieri non debere nec fieri consuevisse, nec colonos suos unquam predicta con-

ditia pro suprascripta terra sua fecisse allegabat. Quibus et aliis auditis, pre-
 fatus Nazarius iam dictum Petrinum ut pro suprascripta terra Roberti quam
 5 colit supradicta conditia prefato monasterio faciat condempnavit. Et sic finita
 est causa. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo, supra-
 scripto die, indictione octava.

Interfuerunt Amizo Bonoldus, Petrus de Alliate, Rogerius de Terzago, Io-
 hannes iudex qui dicitur Bastardus, Andriottus de Ostiolo, Vestitus de Gallarate;
 de servitoribus Niger Tomainsacco, Guazo Buffus.

(S M) Ego Arnaldus de Superaqua iudex et consul interfui et subscripsi.

(S M) Ego Guilielmotus de Aliate consul subscripsi.

(S M) Ego Rogerius Bonafides iudex subscripsi.

(S M) Ego Ugo qui dicor de Castegnianega iudex ac missus domini Frederici
 imperatoris scripsi.

CLXIX.

1190 ottobre 23
 in civitate Mediolani.

Rainerio de Addobato console di Milano, con altri consoli suoi colleghi, pro-
 nuncia sentenza nella lite mossa dal monastero di Chiaravalle contro Percio de
 la Turre perchè questi facesse al monastero ovvero alla grancia di Vicomaggiore
 le prestazioni per la terra comperata da Anselmo Racaello del luogo di Consonno.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Pergamene, Monastero di Chiaravalle, Atti
 privati, sec. XII, n. 173 (A). Copia del sec. XVIII fine, in biblioteca Braidense, A E. XV. 21,
 p. 753 (B).

Reg.: RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1905, I, 266. Cit.: BISCARO, in *Archivio
 Storico Lombardo*, 1908, I, 222, con la data 23 ottobre 1191.

(S M) Die martis decimo kalendas novembris, in civitate Mediolani. Senten-
 tiam protulit Rainerius de Addobato consul Mediolani, et cum eo [Monten]arius
 qui dicitur Iudex et Ardericus Zavatarius similiter consules sotii eius, de lite que
 vertebatur inter Quintavalle de Mama de civitate Mediolani nomine monasterii
 de Cleravalle seu grancie de Vicomaioe cuius missus erat, et ex altera parte Per-
 30 cium de la Turre. Lis enim talis erat. Postulabat ipse Quintavallis nomine
 predicti monasterii seu iam dicte grancie quatinus predictus Percius daret seu
 faceret sibi infrascriptas conditiones pro terra illa quam emit ab Anselmo Ra-
 chaello de loco Consonno secundum cognitum ipsius terre, (a) et que terra fuit illorum
 35 duas, et capiam unam feni, et covam unam, et mannam unam, asserens predictam
 terram et alias terras consimiles eius prefatas conditiones facere debere et con-
 suevisse, et super hoc quam plures produxit testes. E contra predictus Percius
 iam dictas conditiones facere recusabat, infitians predictam terram suprascriptas
 40 conditiones iam dicto monasterio seu grancie facere debere vel consuevisse, ma-
 xime cum illis de Tenebiago, qui per dominos de Landriano habent, quam plures
 pro predicta terra faciat conditiones. His et aliis auditis et testibus et rationi-
 bus utriusque partis diligenter inspectis, prefatus Rainerius iam dictum Percium
 ut prefatas conditiones pro rata ipsius terre (b) iam dicte grancie seu monasterio

CLXIX. — (a) secundum terre aggiunto dalla stessa mano nell'interlinea. (b) pro rata-terre

predictum Marchisium suo nomine et nomine suprascriptorum agnatorum suorum ut de cetero ipsum monasterium prefatam decimam quiete habere et colligere non impediatur. Et sic finita est causa. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo quinto, suprascripto die, indictione quarta decima.

Interfuerunt Iohannes Codepisce, Nazarius de Roziano; de servitoribus Trusavacca, Leonardus Camarlingus, Maltaliatus Gambarus.

(S M) Ego Guilielmus Calciagrixia iudex et consul interfui et subscripsi.

(S M) Ego Albertus qui dicor Spitiarius iudex subscripsi.

(S M) Ego Ugo qui dicor de Castegnianega iudex ac missus domini Frederici imperatoris scripsi.

CXCIH.

1195 novembre 26
in civitate Mediolani.

Nazario Visconti, console di Milano, con il consiglio degli altri consoli suoi colleghi, pronuncia sentenza nella lite mossa dalla canonica di S. Ambrogio a Revegiato Guazono perchè abbia a rimuovere i legni e le piante dall'accesso al mulino del monastero sul fiume Rivofreddo in territorio di Garbagnate.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Pergamene, Milano, Capitolo di S. Ambrogio, sec. XII, n. 204 (A). Copia del sec. XVIII in biblioteca Ambrosiana, F. S. IV. 3. c. 322 (B). Copia del sec. XVIII fine, ivi, D. S. IV. 11, c. 167 (C).

Reg.: RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1905, I, 269, con la data 27 novembre, e come appartenente al fondo membranaceo di Chiaravalle. Cit.: GIULINI, *Memorie*, VII, 105, IV, 77.

(S M) Die dominico, sexto kalendas decembris, in civitate Mediolani. Cum his verteretur sub Nazario Vicecomite et Giggotto de Mairola consulibus Mediolani et sotiis suis inter domnum Petrum prepositum ecclesie et canonicos Sancti Ambrosii nomine ipsius canonice per suum missum Guifredum fratrem eius, et ex altera parte Revegiatum Guazonum de civitate Mediolani, et postularet ipse prepositus quatinus iam dictus Revegiatus auferat omnia ligna et plantas quecumque accessii, per quod accessium debet iri ad molendinum eiusdem ecclesie, ita ut illud accessium sit iactate due per traversum ab angulo pascui de Garbagnate et vie que venit ab ipso loco Garbagnate usque in aquam fluminis Rivifrigidi et usque in angulum clausi quod fuit heredum quondam Girardi Pisti, et ab ipso angulo usque ad predictum molendinum, et predictum accessium ita aptet et in pristinum statum restituat ut comode per ipsum homines ad iam dictum molendinum ire et redire possint, et ut fossatum quod in predicto accessio fecit vel fieri fecit in pristinum statum reducat et restituat, et terram, quam inde abstulit vel auferri fecit, intus aponat et reducat, et ut aquam in ipso accessio de cetero non immittat de prato suo de Rovoredo, set ita eam retineat in suo quod nullo modo in ipso accessio vadat nisi ibi ubi pontem fecit, et peteret similiter ut dimittat sibi perticas septem et tabulam unam prati sui de Rovoredo ex parte sero ipsius prati, que sunt invente per mensuram ultra illas perticas nonagintaquinque et mediam quas ipse et predicta ecclesia habere debet infra has coherentias, a mane et meridie predictum accessium, et in parte mane est sedium et rozia predicti molendini et lectum vetus, a sero via, a monte roziale, sive aqueductus, salvo iure erroris calculi et salvo iure suo in aliis petitionibus; et versa vice predictus Revegiatus peteret ut iam dictus prepositus et canonici ipsius ecclesie de cetero ullo

modo non vadant nec accessient per pratum suum de Rovoredo quia nullum ius accessiandi habent et per sententiam pronuntiatum est; tunc auditis allegationibus et visis instrumentis utriusque partis, visa quoque a consulibus ipsa discordia, prefatus Nazarius consilio sotiiorum suorum pronuntiavit ut predictus Revegiatus omnia ligna seu plantas que in predicto accessio prepositi aposuit vel aponi fecit auferat, quod accessium censuit debere esse iactatas duas per traversum ab angulo pascui de Garbagnate et vie que venit ab ipso loco Garbagnate usque in aquam Rivifrigidi, et usque ad angulum clausi quod fuit heredum Girardi Pisti, et ab ipso angulo usque ad predictum molendinum; et censuit ut, dimissis ipsis duabus iactatis terre pro ipso accessio ut supra legitur, prefatus Revegiatus faciat crestam unam terre iuxta ipsas iactatas inter se et ipsas iactatas per totum sicut designant predicti fines et iuxta ipsam crestam, scilicet inter pratum suum et ipsam crestam faciat fossatum unum sive xoratore, per totum sicut suprascripti fines denotant, per quod fossatum et cresta defenditur predictum accessium ab aqua prati de Rovoredo iam dicti Revegiati, ita quod non decurrat in ipsum accessium, nec devastet illud, set defluat per illud fossatum seu xoratore de subtus pontem quem ipse Revegiatus fecit qui est in ipso accessio, quem pontem precepit ut ipse Revegiatus semper retineat ita bonum sicut necesse fuerit ipsi accessio; et hoc totum faciat ipse Revegiatus usque ad dies triginta. De predictis vero perticis septem et tabula una prati ipsum Revegiatum a petitione suprascripti prepositi absolvit, iurante ipso Revegiato quod eas aliter non occupavit nisi quod ipsas habuit per exstimationem consulum Mediolani vel suorum exstimatorum aut per emptionem; quod sacramentum statim fecit. Preterea pronuntiavit ut predictus prepositus et canonici suprascripte ecclesie de cetero non vadant seu accessient ullo modo per pratum suprascripti Revegiati, set tantum per suprascriptum accessium suum accessient, si ipse Revegiatus ita fecerit et retinuerit aquam quod predictum accessium prepositi non devastetur ut supra. Et sic finita est causa. Unde due noticie uno tenore scripte sunt. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo quinto, suprascripto die, indictione quartadecima.

Item censuit ut predictus Revegiatus predictum accessium bene aptet et in eum statum restituat in quo erat quando illud fodit vel fodere fecit, et hoc usque ad dies triginta.

Interfuerunt Rogerius Bremma, Branca de Marliano, Guidottus de Sancto Victore, Richardus Salvaticus, Lanfrancus de Oldanis; de servitoribus Broccus de Quinque Viis.

(S M) Ego Guilielmus Calciagrixia iudex et consul subscripsi.

(S M) Ego Passaguerra iudex et consul subscripsi.

(S M) Ego Albertus qui dicor Spitiarius iudex subscripsi.

(S M) Ego Ugo qui dicor de Castegnianega iudex ac missus domini Frederici imperatoris scripsi.

GXCIV.

1196 settembre 16

Mediolani, in palacio, palam in credencia.

Pace conchiusa tra le città di Milano e di Como.

Copia del sec. XIII in biblioteca civica di Como, *Vetera Monumenta*, vol. I, c. 37, da altra copia autenticata dalle seguenti sottoscrizioni: «Ego suprascriptus Iacobus Grecus notarius hantenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo preter litteras plus minusve. Ego Iacobus de Porta Monasterio notarius supra-

CXCIII. — (*) Item triginta aggiunto da altra mano sincrona.

scriptus hautenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo preter litteras plus vel minus. Ego suprascriptus Guifredus notarius hautenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo preter litteras plus vel minus. Ego Arialduus Guittus notarius filius quondam Vegii Guitti hoc exemplum ex autentico iussu domini Guillelmi de Pusterla Cumane potestatis exemplavi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo extra litteras plus vel minus (B). Copia parziale, e cioè del passo iniziale: « In nomine — infra continetur », in Biblioteca Ambrosiana, Fagnani, FS. VII. 8, c. 10 v. e passim (C). Copia parziale come sopra, da C, in Archivio di Stato in Milano, Fagnani, vol. I, c. 473 (D).

10 Ed.: ROVELLI, *Storia di Como*, II, 364, da B; GIULINI, *Memorie*, VII, 119, IV, 87, da C.

Della pace parlano anche gli *Annales Mediolanenses minores* (*Mon. Germ. Hist., Script.* XVIII, 396). Il Corio ed il Calco hanno trascritto da questa carta i nomi dei consoli del comune, omettendo quelli dei consoli di giustizia.

15 In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo sexto, die lune qui fuit sextusdecimus dies intrante mense setembri, indictione quintadecima, in presencia infrascriptorum testium.

1) Dominus Lafrancus de Setalla^(a), Giggus Borrus, Guillelmus de Pusterla, Martinus de la Turre, Robacomes Arroctus, Albricus de Carcano, Gasparrus Menglocius^(b), Albertus de Camerano, Guifredus Medicus, omnes consules comunis Mediolani, iuraverunt ad sancta Dei evangelia et promiserunt pro se et ex parte comunis et hominum Mediolani et eius virtutis et archiepiscopatus et comitatus^(c), a parabola et consensu domini Anrici Confanonerii et Marchixii Vicecomitis et Guillelmi Amiconi et Anrici Grassi et Iacobi Gambari et Iohannis Villani et Raynerii de Adobado et Amizonis de Landriano et Lantelmi de Modocia et Iacobi de Brexo consulum iusticie Mediolani, ibi presencium et iurancium hanc pacem et concordiam sicut infra continetur, domino Gaudencio de Fontanella et Iohani Rusche consulibus comunis de Cumis, sibi et ad partem comunis et hominum de Cumis et eius virtutis et episcopatus qui stant vel steterint ad preceptum comunis de Cumis, ita quod a modo in antea omni tempore tenebunt bonam et firmam et inviolatam pacem per se et omnes homines sue virtutis et archiepiscopatus et comitatus^(c) et iurisdictionis predicto comuni et hominibus de Cumis et omnibus hominibus eius virtutis, ut supra dictum est; et salvabunt et gubernabunt et guardabunt omnes eorum res et personas in tota sua virtute et fortia et comittatibus et omnia eorum iura tam laicorum quam clericorum, et nominatim dominum episcopum Cumanum et ecclesias Cumane virtutis, et iura et res episcopatus, et omnia ea que in presenti habere et tenere et possidere videntur, nec studiose eos offendent.

2) Item promiserunt et iuraverunt adiuvarre comune et homines de Cumis manuteneere et defendere et recuperare et recuperata manuteneere omnes suas possessiones et data ab imperatoribus et iurisdictiones et concessiones et eorum iura et usancias Cumensis^(d) episcopatus et virtutis, sicuti crisma Cumane ecclesie extenditur et plebis Criviasche, salvis finibus et exceptatis superius et inferius factis. Et si aliquis locus vel persona comitatum Mediolani vel eius virtutis fecerit guerram comuni et hominibus de Cumis et eius virtutis ut supra legitur, facient eum vel eos cessare, et si non cessaverint, dabunt eis bannum et facient eis guerram infra quindecim dies proximos postquam eis a Cumanis fuerit requisitum, nec consilium, nec adiutorium eis dabunt, donec ab ipsa molestacione cessaverint. Et adiuvarunt Cumanos de omnibus guerris et discordiis quas habent vel eis apparuerint in suo episcopatu et comittatibus et iurisdictione et possessionibus quas nunc habent. Et si aliquis locus vel persona Cumani episcopatus vel iurisdictionis sue vel comittatum non steterit ad preceptum comunis de Cumis, et comune de Cumis fecerit ei guerram, teneantur comune et homines Mediolani per se et homines sue virtutis similiter facere ei

CXCIV. — (a) Sotalla B. (b) Menglocius B. (c) comittatu B. (d) Cumē B.

guerram infra quindecim dies proximos postquam a Cumanis eis requisitum fuerit, nec consilium neque adiutorium eis dabunt ullo modo, donec ad preceptum ipsius comunis de Cumis steterint, nec guerram per se neque per homines sue virtutis et comitatum Cumanis et hominibus sue virtutis et comitatum et episcopatus et iurisdictionis ut supra legitur ullo tempore facient; ita tamen ut non teneantur Mediolanenses exire terram comitatum et episcopatus et iurisdictionis Cumane. Nec pactum aliquod vel concordiam ullo modo facient cum aliquo loco vel persona Cumensis^(e) episcopatus sicut crisma Cumensis^(e) ecclesie extenditur sine parabola comunis de Cumis. Et si aliquam factam habent specialem, eam rumpent, nec de cetero eam tenebunt. Et si aliquod bannum datum fuerit, vel si aliqua guerra facta fuerit comuni et hominibus de Cumis et eius virtutis ut supra legitur iuste vel iniuste, comune et homines Mediolani tenentur per se et homines sue virtutis et comitatum adiuvarre Cumanos et homines sue virtutis de omni banno et omni guerra semper et usque ad finem ipsius banni et guerre, et quocienscumque ipsum bannum datum vel guerra eis facta fuerit illud idem facient. Nec societatem nec concordiam aliquam facient contra comune de Cumis, nec que sit contra suprascriptam concordiam et pacem. Et si aliquam societatem vel concordiam fecerint que non sit contra Cumanos, facient Cumanos esse in ipsa societate et concordia, si in eam intrare et esse voluerint, nec relinquent eos extra ipsam societatem et concordiam, si intrare et adesse voluerint in ea.

3) Item promiserunt et iuraverunt predicti consules per se et per omnes homines sue virtutis et comitatum prestare et dare comuni et hominibus de Cumis et omnibus hominibus Cumani episcopatus et eius virtutis qui stant vel steterint ad preceptum ipsius comunis, mercatum plenarie blade^(f) et salis et vini et omnium aliarum victualium et omnium rerum et negociationum in civitate Mediolani et extra in tota terra sue virtutis et comitatum sine ullo vinculo banni vel aliquo alio impedimento quod dici vel ullo modo excogitari possit. Et permittent omnes homines libere et secure undecumque sint venire et redire ad civitatem Cumarum^(g) cum omni mercato et sine mercato omni tempore; nec eis ullum impedimentum facient nec fieri permittent pro posse per se, nec per homines sue virtutis.

4) De Grabedona et de Domaxio et de locis eiusdem plebis non debent se Mediolanenses ullo tempore vel ullo modo intromittere, nec Cumanos de eis impedire, nec aliquod consilium vel adiutorium eis prestare contra voluntatem comunis de Cumis, sed semper debent stare ipsa loca et omnes homines ipsius plebis ad preceptum comunis de Cumis in omnibus et per omnia, excepto quod Cumani non debent hominibus ipsorum duorum locorum tantum, silicet Grabadona et Domaxii, tollere fodram, nisi quando cives Cumani dederint; et quod non debent cogere homines ipsorum duorum locorum venire Cumas ad placitandum tantum de suis causis inter se a quantitate decem librarum denariorum novorum infra, et ab ipsa quantitate infra debent venire Cumas in causis appellationum, ab ipsa vero quantitate supra et generaliter de omnibus aliis causis debent venire Cumas facere rationem sub consulibus Cumarum^(h) omnibus hominibus et personis de eis conquerentibus; preterea Cumani fecerunt eis finem de omnibus offensis usque modo eis factis et de eo quod sociaverunt se cum Mediolanensibus; et omnes rustici de villis ipsius⁽ⁱ⁾ plebis Grabadone et Domaxii stent et permaneant ad preceptum comunis de Cumis omni tempore sicut stant alii rustici qui habitant a Nexio infra.

5) Item comune et homines Mediolani permittent homines de Cumis et eius virtutis emere et vendere pallam in omnibus suis feriis et mercatis anualibus sicuti homines Mediolani et eius comitatum et virtutis fecerint.

6) Item Mediolanenses fecerunt finem comuni et hominibus de Cumis et eius virtutis de omnibus offensis et iniuriis et malleficiis et dampnis datis usque modo factis a suprascriptis Cumanis, et specialiter de morte

CXCIV. — (e) Cumē B. (f) b' e B. (g) Cum B. (h) ipis B.

domini Conradi de Birago condam, exceptis illis personis que eum interfecerunt vel que fuerunt ad eius mortem. Et si aliquod malleficium^o de cetero factum fuerit vel fiet per homines seu loca ipsarum civitatum vel eorum virtutis, bona fide dabunt operam ut bona pax et concordia inde fiat et teneatur, nec propter illud malleficium fiat interruptio pacis, nec intelligatur pax rupta, sed stabilis et firma semper permaneat.

7) Item fecerunt finem et cessionem et tocus sui iuris dacionem, si quod comune Mediolani habebat, per transactionem comuni de Cumis, nominative de duabus plebibus, silicet de plebe de Fino et de plebe Ogiate et de omnibus locis ipsarum plebium, et de Olzate qui est in ipsa et de ipsa plebe Ogiate, et de omnibus locis ipsarum plebium, et specialiter de plebe de Criviascha et de omnibus locis ad ipsas plebes pertinentibus et ipsarum plebium, et generaliter de omnibus aliis locis et terris Cumani episcopatus sicuti crisma Cumane ecclesie extenditur, sive de illis vel de aliquibus eorum fuit discordia, sive non, aliquo tempore, vel sit, inter comune Mediolani et comune de Cumis. Et pro hac quidem fine et cessione et sui iuris dacione et transactione fecit finem comune de Cumis comuni Mediolani de aliis duabus^o plebibus, silicet de plebe Cuvì et de plebe Mandelli et valle Mercurioli et de ea parte castri et ville Montorfani que ad comune de Cumis pertinebat vel spectabat, prestito comuni de Cumis cambio personarum et focorum a Mediolano. Et hoc salvis omnibus fictis et redditibus et districtis et honoribus et iurisdictione domini episcopi Cumani et ecclesie Cumane et omnium aliarum ecclesiarum et omnium hominum Cumane civitatis et eius episcopatus et virtutis, que omnia habent modo vel habebunt in predictis plebibus et locis archiepiscopatus et comitatum Mediolani; et compensatio melioramenti et bonitatis locorum et focorum et personarum debet fieri seu dari de locis suprascriptarum plebium.

8) Item consules comunis Mediolani qui modo sunt iuraverunt omnes ad sancta Dei evangelia quod regent et guidabunt et consulent comune et homines de Cumis et eorum res tam laicorum quam clericorum ad honorem et proficuum et bonum^o statum Cumane civitatis de omnibus factis et negociis que spectant vel spectaverint ad honorem et proficuum et bonum statum Cumane civitatis. Et facient rationem hominibus de Cumis et eius virtutis sicuti suis vicinis de omnibus factis et negociis que ad eos pervenerunt. Et iuraverunt quod facient iurare omnes homines credencie Mediolani et omnes alios homines ipsius civitatis et eius virtutis et comitatum, a quindecim annis supra et a sexaginta annis infra, predicta omnia adtendere et observare in presencia consulum Cumanorum vel eorum missi, nisi remanserit parabola consulum ipsarum civitatum. Et consules iusticie Mediolani iuraverunt^o quod facient et dicent rationem hominibus de Cumis et eius virtutis sicut facient suis vicinis in toto suo consulatu. Et tenentur omnes predicti consules quod facient poni et scribi suprascripta sacramenta in brevibus super quibus iurant consules comunis seu potestas et consules iusticie Mediolani; et quod facient iurare futuros consules iusticie et comunis et potestatem qui et que fuerint pro tempore suprascripta sacramenta omni anno antequam exeant de suo consulatu; et insuper predictam concordiam et pacem adtendere et observare, ita ut unaquaque consularia seu potestas que pro tempore fuerit teneatur facere iurare sequentes consules seu potestatem omnia suprascripta. Et teneatur per sacramentum unaquaque consularia seu potestas Mediolani que pro tempore fuerit iurare et facere iurare trecentos homines de melioribus et maioribus credencie Mediolani omni trigenio supradicta omnia attendere et observare, et facere iurare omni quinquenio omnes homines civitatis Mediolani et omnes castellanos et burgenses et gentiles homines sue virtutis a quindecim annis supra et a sexaginta infra predicta omnia adtendere et observare bona fide sine fraude, nisi remanserit parabola consulum comunis de Cumis.

55 CXIV. — (o) mallefium B. (i) duobus B. (k) bonum manca in B. (l) Mediolani iurabunt quod facient et dicent rationem et iuraverunt B.

9) Et in omnibus suprascriptis capitulis non teneantur Cumani neque Mediolanenses exire pro aliqua guerra extra terras episcopatus et archiepiscopatus et comitatum et iurisdictionis utriusque civitatis.

10) Et hoc salvo omni iure domini archiepiscopi Mediolani et ecclesiarum et militum et aliarum personarum Mediolani et eius virtutis et archiepiscopatus in redditibus, districtis, honoribus, iurisdictione, ea tamen lege quod si inventum fuerit aliquam personam ecclesiasticam vel secularem quiete et sine molestacione possedisse quoad iurisdictionem pertinet, debent permittere illam personam quiete tenere et possidere. Et si aliqua intencio inde fuerit, ratio inde cognoscatur.

11) Comune vero de Cumis et omnes homines ipsius civitatis et eius virtutis et tocus episcopatus eius, qui stant vel steterint ad preceptum comunis de Cumis iurant et promittunt^(m) quod de cetero firmam pacem et concordiam tenebunt et servabunt per se et omnes homines eius virtutis et episcopatus ut supra dictum est comuni Mediolani et omnibus hominibus eius virtutis et archiepiscopatus et comitatum et tocus iurisdictionis Mediolani in personis et rebus. Et quod guardare et salvare et gubernare habent in tota sua fortia et virtute tam in terra quam in aqua omnes homines civitatis Mediolani et eius archiepiscopatus et comitatum et iurisdictionis et virtutis tam clericos quam laicos et ecclesias ipsius civitatis et res eorum et iura et omnia que in presenti videntur tenere, habere et possidere; et nominatim⁽ⁿ⁾ dominum archiepiscopum Mediolanensem et iura et res archiepiscopatus, nec studiose eis offendent.

12) Item tenentur Cumani et omnes homines eius virtutis adiuvere comune et homines Mediolani manuteneere et defendere et recuperare et recuperatas manuteneere omnes suas possessiones et data ab imperatoribus et iurisdictionem et iura earum et usancias archiepiscopatus Mediolani et comitatum et iurisdictionis, salvis finibus et exceptatis superius et inferius factis; et si aliquis locus vel persona episcopatus vel virtutis Cumarum fecerit guerram comuni Mediolani et eius virtutis hominibus ut supra legitur, facient eum vel eos cessare, et si non cessaverint dabunt eis bannum et facient eis guerram, nec consilium vel adiutorium eis dabunt, sed guerram eis facient, donec ab ipsa infestatione cessaverint, infra quindecim dies ex quo requisiti fuerint. Et adiuvabunt Mediolanenses de omnibus illis guerris et discordiis quas habent vel eis apparuerint in suo archiepiscopatu et in suis comitatibus et iurisdictione et in possessionibus quas nunc habent, et si aliquis locus vel persona archiepiscopatus vel comitatum vel iurisdictionis Mediolani non steterint ad preceptum comunis Mediolani et comune Mediolani fecerit ei guerram, teneantur comune et homines de Cumis per se et per homines sue virtutis similiter facere ei guerram infra quindecim dies proximos postquam requisiti fuerint a Mediolanensibus, nec consilium, nec adiutorium eis dabunt ullo modo donec ad preceptum comunis Mediolani steterint, nec guerram per se neque per homines sue virtutis et episcopatus et comitatum ullo tempore facient Mediolanensibus et hominibus sue virtutis et archiepiscopatus et comitatum et iurisdictionis Mediolani. Nec aliquod pactum nec concordiam ullo modo facient cum aliquo loco vel persona archiepiscopatus et comitatum et iurisdictionis Mediolani sine parabola comunis Mediolani. Et si aliquam factam habent specialem, eam rumpent, et de cetero eam non tenebunt. Et si aliquod bannum datum fuerit vel aliqua guerra facta fuerit comuni et hominibus Mediolani et eius virtutis et iurisdictionis et archiepiscopatus et comitatum iuste vel iniuste, comune et homines de Cumis tenentur per se et per homines sue virtutis et comitatum adiuvere^(o) Mediolanenses et homines sue virtutis de omni banno et guerra semper et usque ad finem ipsius banni et guerre. Et quocienscumque ipsum bannum vel guerra datum vel facta fuerit, illud idem facient, nec societatem nec aliquam concordiam contra comune Mediolani facient, nec que sit contra suprascriptam concordiam et pacem. Et si aliquam societatem vel

CXIV. — (m) promittant B. (n) nomiati B. (o) adiurare B.